

peccati, & virtutis amorem excitari debes; Percipe pro coronide. Absalon ambitionis portentum (2. Reg. 16.) comparaverat sibi currus, equites, omnemque armaturam, & apparatus militarem, ut Patri Davidi coronam de capite detraheret, suaeque imponeret. Dein subditorum favoribus dolose aucupatis, sub specie Religionis perrexit in Hebron, ibique Regem Israelis se proclamari fecit. Oblituit David, cumque filium cum exercitu jam manibus Hierosolyma imminere audiret, in fugam se cum suis proripuit, sicque Absalon apertis portis urbem intravit, sicque Absalon celebrabat, deliberebatque, quid de fugitivo Patre agendum esset? Aderat inter Duces, ac Consiliarios Achitophel, hic suavit Absaloni, maturaret consilium, opprimeret Davidem nunc lassum & inertem, antequam vires colligeret. Verum Absalon inconsulta deliberatione voluit etiam sententiam Chusai audire: hic improbat consilium Achitophel. David, & socii ejus, aiebat, sunt heroes magnanimi, si in desperationem agantur, mortem pro gloria contemnent, & grandem nostrorum stragem causabunt. Dein quis dixerit, ubi David delitescat? Improvidum igitur foret in incertum vagari; & exercitum ex itinere fatigatum per montes ac latebras circumducere: Judico ergo nunc quiescen-

dum, & tum primum contra Davidem pugandum esse, cum integer exercitus fuerit collectus. Quid Absalon ad hac? Approbavit hanc ultimam sententiam, inquit: Melius est consilium Chusai consilio Achitophel. Et quid evenit? David interea collegit ingenem exercitum; & sic Absalon deliberando, morando, & pugnam de die in diem suspendendo, perdidit occasionem victoriae & coronam. O mi Christiane, non credis, quam palchra, quam pretiosa, quam gloriosa corona tibi parata sit in calis! Hanc autem coronam alia via impetrare haud poteris, quam labore, dolore, bonis operibus, passionum victoriis, & adversitatum tolerantia; quia regnum calorum vim patitur. Quos maligantissimi consilarii mundus, caro, & demon tibi persuadere velint, non esse festinandum, non esse naturam nimia austeritate opprimendam, non esse opus tanto conatu pro impetrando caelorum regno, superesse tempus pro poenitentia amplissimum; dandum aliquid esse genio & juvenilibus annis; & quae sunt similia, tu tecum ipso cogita: Quid? si deliberando, morando, & otando interim perderem meam coronam? Hae, inquam, cogita, & fidem meam oppignerio, quod occasionem merendi celeriter, indelesse, & superabundanter sis accepturus. Amen.



SPICILEGIUM CATECHETICO-CONCIONATORIUM

PARS SECUNDA.

PRO FESTIS PER ANNUM.

IN F E S T O S. ANDREÆ APOSTOLI C O N C E P T U S P R I M U S .

De Sacramentis in genere, quid sint, quam necessaria, & a quo instituta sint.

Faciãm vos fieri piscatores hominum. *Matth. 4.*

Hanus & sagena, quibus anima capiuntur a sancto SS. Sacramenta.

1. **C**erta, & infallibilis fidei veritas est, Incarnatum Dei Filium ac mundi Redemptorem non nisi propter nos homines, & propter nostram salutem descendisse de caelis! Per omnem vitæ periodum non aliud habuit negotium, quam animas lucrari, easque ad sui sequelam, & æternam salutem adducere; (scilicet in præsepio pastores, & magos, (*Joan. 4.*) deim adultior factus nunc mulierem Samaritanam ad fontem Jacob, nunc Mattheum in telonio; nunc Zachæum in stromoro, (*Matth. 9.*) alias Magdalenam, (*Luc. 9.*) & denique eorum, quibus visum, auditum, loquelam, fantatem, & vitam reddidit, innumerabilem copiam ad se traxit. Hodie in hoc animarum negotio de amantibus, seu adiutoribus sibi circumspexit; ambulans enim juxta mare Galilææ vidit duos fratres Petrum & Andream mitentes retia in mare & piscium captura vacantes his verbis compellavit: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: (Matth. 4.)* Mirabilis loquendi phrasus! Piscatores hominum? an ergo inter pisces & homines datur analogia aut similitudo? Dicitur omnino, ex multiplici capite: sicut pisces ex aquis generantur; ita homines in Baptismo spiritualiter renascuntur: sicut pisces marinis fluctibus, ita homines mundi calamitatibus ac tentationibus inasant; sicut pisces minores a maioribus devorantur; ita pauperes & infirmi a potentibus hujus sæculi opprimuntur, &c. Sed quero, si tanta est inter homines & pisces natura similitudo, conformiter ad illud Prophetæ: (*Habac. 1.*) *Facies hominũ, quasi pisces maris, quo instrumento capiuntur homines? quid est hamus, quæ sagena, qua Apostoli ad capiendas animas utuntur? Responõnem desumo ex verbis Tridentini, Sess. 7. ubi agit de præstantia, utilitate & necessitate Sacramentorum! Per hoc (videlicet Sacramenta) omnis vera infirmitas vel incipit, vel capta augetur, vel omnino reparatur: per Sacramenta gratia justificationis incipit, & hoc dictum principaliter intelligendum videtur de Baptismo; omnium Sacramentorum jamæ, ac fundamento, quo anima originali delicto sordida abluitur, & man-*

cipatu diaboli eruitur, & in amicum Dei recipitur: Per Sacramenta gratia justificationis capta augetur, id quod de Sacramentis viorum pronuntiatur, quæ non primam gratiam, sed gratiæ augmentum conferunt, ut sint Confirmatio, Eucharistia, extrema Unctio, Ordo & Matrimonium; Per Sacramenta gratia justificationis augetur, id quod specialiter de Sacramento Penitentia, de quo diebus Dominicis agimus, dictum videtur. Cum ergo omnem justificationis originem, gratiarum augmentum, & vitæ spiritualis reparationem mediis Ecclesiæ Sacramentis impetremus, sequitur illa esse saluberrima retia, quibus animæ ex periculo mundi oceano extrahuntur, & in securissimum Ecclesiæ vivarium transportantur.

De quibus ante omnia explicandum venit, quid sint & a quo instituta sint.

2. *Proposito.* Profunde, cum de SS. Sacramentis materiam exordiamur, in primis necessarium esse duxi, de eorum natura, diversitate, necessitate & utilitate, singulariter autem de fide, in quem Christus Sacramenta instituit, agere, & itaque tanto impensius, quanto magis in perceptione Sacramentorum crash errores in populo Christiano committuntur. Christus Dominus in apocalypsi c. 1. inter septem candelabra medius apparuit, mundans, & emungens lumina. Per septem candelabra possunt intelligi septem Sacramenta, quæ ex perlucetioribus, aut nonnunquam indigna susceptione mucum, ut ita dicam, contrahunt: Baptismus mucum contrahit, quia gratia illius cito perditur. Eucharistia mucum contrahit, quia indigæ devoratur: Penitentia mucum contrahit, quia post se trahit emendationem; Matrimonium mucum contrahit, quia ex pessimis finibus initur. O Divine Redemptor, commoda nihili tuum emundatorium: ut hos errores in Christiano populo corrigam! Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* In primis igitur, & ante omnia explicandum venit, quid sit Sacramentum? Respondeo, quid Sacramentum, seu nostræ justificationis instrumentum sit, quodammodo ex

SPIGILLIUM
 CATECHETICO CONCINATIONUM
 PRO FESTIVIS ANNUM

ipsa ethymologia nominis pater: sicut enim *reframentum* est, quod ultimam moestitiam voluntatem testatur: *condimentum* quod cibos perficit & condit: *impedimentum* quod remoratur, & impedit: *adjuvamentum*, quod adjuvat: *medicamentum*, quod vulneribus, & morbis medetur: *delationamentum*, quod animum hominis exhilarat & delectat; ita etiam *Sacramentum* est, quod hominem ex se faciat & sanctificat. Dico per se: nam sicut testamentum, condimentum, medicamentum, & omnia supra memorata ex defectu aut obstaculo accidentaliter superveniente invalidari, infirmari, & retundi possunt; ita & per accidens fieri potest, ut Sacramentum ad nostram sanctificationem infirmum ex defectu hominis haud rite dispositum tam nobili sanctificationis effectu frustratur, cum sine in modum, quo sol, licet lucidissimus sit altorum princeps, hoc templum tamen non illuminat, cum fenestrae omnes valvis oclusis & nigricanti panno obcurantur.

4. Definitur autem ordinariæ Sacramentum, quod sit *invisibile gratia signum visibile*, ad nostram sanctificationem Divinitus institutum. (*Catech. Trid. l. 2. c. 1. de Sacram.*) Quid hoc obcuri? ut clarior res pateat, explicationem instituiamus per singula verba! Primo dicitur Sacramentum esse *signum visibile*: signum quidem, quia ducit nos in cognitionem Divinae benevolentiae, qua Deus nobis peccatorum veniam, caelestem gratiam, & aeternam salutem appromittit: Visibile autem, quia Deus ejusmodi promissiones suas teste Scriptura, utut ex se sint infallibiles, in rebus gravis momenti exterioribus signis ordinariè confirmare & corroborare consuevit: sic cum foedus inivit cum Noëmo de non reducendo amplius diluvio, promissionem suam signo Iris tanquam sigillo obfiguravit: sic pacificens cum Abraham pacti & promissionis suae signum circumcissionem dedit: sic mitens Moysen ad educendum populum ex Aegypto prodigiosam Virgam illi in manus tradidit: sic egrotanti Ezechiae sanitatem promittens, promissionem suam umbrae folii retrogradiente confirmavit: Et quid opus est singula percurrere? totius Veteris Testamenti ritus & caeremoniae nisi aliud fuere, quam signa & symbola externa, quibus Deus antiquis Patribus mundi redemptionem testatam fecit, sequè obfiguravit, quod humanum genus ex protoparentum delicto in ore servitutum prolapsam pretiosa Filii sui passionis ac morte redimere velit. Ha Deus loquitur per signa externa? Insuper haec signa voluit Deus esse *visibilia*, ut nostrae naturae essent proportionata: non aëria solum sed & corpore constata, sensum ministerio utitur, nec sine horum adjuvamento ad res Divinas vel intelligentias vel amandas asurgere possumus; ideo placuit Divinae Sapientiae mortalium imbecillitati se accommodare, & per externa symbola caeteres gratias, ac dona nobis communicare, id

quod explicans S. Chrysostomus Hom. 38. in Math. & Hom. 60. ad pop. ait: *si incorporatus esset, munda, & incorporata tibi dedisse donas, sed quoniam anima corpori inserta est, sensibilibus intelligibilia tibi praebe.*

5. Deinde dicitur, *invisibile gratia*; notandum enim, Sacramenta esse talia signa, quae per ritus ac caeremonias externas circa corpus veragis solitas, symbolizant ea, quae intrinsece in anima peraguntur: exempli causa: ad quid in Baptismo adhibetur externa abluo corporis per aquam? non alium in finem, nisi ut hoc symbolo intelligamus invisibilem animae ablationem & emendationem a peccato originali. Ad quid adhibetur unctio in Confirmatione? non alium in finem, nisi ut venimus in cognitionem internae unctiois & corroboratiois, qua anima per gratiam sancti Spiritus in hunc confortatur: Ad quid in Sacramento Poenitentiae externa pronuntiatio ab solutionis sententia? non alium in finem nisi ut intelligamus, interne in anima peccatorum vincula per gratiam sacramentalis dispensi ac dissolvi: ita expresse in hanc rem Tertullianus, de Resurrect. carnis. *Caro abluatur, ut mundetur anima, caro christiatur, ut anima rebolvetur, caro tangitur, ut anima maneat consecrata.*

6. Dicitur ulterius, *Ad nostram sanctificationem*; sciendum enim Sacramenta non tantum esse signa speculativa gratiae, sed practica & effectiva, quia gratiam, quam significant, etiam operantur, & quidem tam infallibili certitudine, si ex parte nostra non ponatur obex, quam certo sol lucem & calorem producit. Quasi nam oculos habuerimus Sardonum, possumus hanc Sacramentorum operationem luculenter inveni? Sancta Maria Ognitensis, (*Ardias ubi. Cate. p. 3. instr. 2. n. 4.*) cum aliquando Baptismo infantuli adfaret, vidit eo momento, quo baptisum collatus est, atrocissimum diabolum cum lucu aufugere, & supra infantulam cum magno exaltantium Angelorum comitatu Spiritum sanctum descendere. S. Remigius (*Sermon in Vite. S. Rem. 1. Sept.*) cum Sacris Ordinibus initiaretur, visus est caelesti splendore lucecere, inventumque est caput illius, supra quod radius de caelis descendere. Sacerdo oleo invisibili manu unctum fuisse. S. Siebertus (*Lencho. Vir. Sancti. 1. Febr.*) Austrasiorum Regis filius quadragesima post natiuitatem die a sancto Amando Episcopo baptizatus, operante iusto Dei gratia adeo rationis & sensuum usu potest visus est, ut sancto Antistiti formam baptismalem pronuntians articulata voce ingentium cum admiratione distantiam responderet. Amen! Quam patheticae gratia Sacramentalis, quod extra in corpore geritur, intus in anima operetur; &c. Denique in definitione Sacramenti dicitur, *Abstruui institutum*; est enim iustitiam fidei veritas Sacramenta omnia a Christo Domino immediate fuisse instituta, & ab Apostolis in mundo promulgata: *Abstruui Sacramentorum quis est?* interrogat S. Ambrosius, l. 4. de Sacram.

Sacr. c. 3. & sibi ipsi responderet. *Dominus Jesus*: ulterius subnectens: *de rebus ista Sacramenta venimus*: Eundem in sensum Concilium Tridentinum Spiritus sancti assentientia roboratum, & quidem sub interminatione anathematis, declinative pronuntiat, sessi 7. *Siqui dixerit, Sacramenta nova legis non fuisse omnia a Jesu Christo Domino nostro instituta, anathemati. Satis est, acquiescendum est.*

§. II. Item non & quomodo homini necessaria sint.

7. Jam Sacramenti definitione sic explicata consurgit quaestio, quem in finem Dei Filii Sacramenta instituerit? ad quid profuit? an homini sint necessaria? an absolute vel solum conditionate? an omnia vel tantum aliqua? Prorsusquam respondeam, vel inecum & quorundam ad pharisaicopolium. En hic lubus spaciolum fornice inscriptas bipartito ordine pixides, in quibus omnis generis medicamenta afferantur: sunt hic herbarum liquores, sunt succi eliquati, sunt pulveres, sunt pillules: sunt subtiliati Spiritus, sunt opellidama, sunt emplastra: sunt cuncturae & praeservativa, sunt simplicia & mixta: Ad quid tantus apparatus? ad pellendas egrotantium infirmitates? an ergo agrotans aliquis hac omnia devorare debet? Ineptè: non omnibus omnia, nec singulis singula, sed aliquibus haec, aliis aliis conveniant: prudenti medici erit egrotanti pro diversitate morborum, complexionum, temperamentorum, aliarumque circumstantiarum nunc haec, nunc illa applicanda praescribere. Eundem fere in modum se res habet in Sacramentis: non omnibus omnia, sed singulis aliqua necessaria sunt. Et quidem Sacramentum Ordinis ac Matrimonii non ad utilitatem hominis privatam, sed publicam totius Ecclesiae & Christo instituta sunt. Ordo institutus est, ut habeat Ecclesia Praefales ac Pastores virtutibus ac scientia insignes, qui fidelem populum in rebus Divinis instruant, a peccatis avertant, & ad perfectionem Christianam ac Salutem perducant. En mi Sacros Dei, non tuis commodis, sed saluti aliorum vivis, Matrimonium institutum est, ut per piam prolium suscepio nem, Christianamque earundem educationem numerus fidelium in hoc mundo, & electorum in altero mundo augeatur. En mi conjugate, non ad tuam voluptatem, sed ad Ecclesiae bonum tuus status ordinatur. Caetera quae Sacramenta ad bonum privatum fidelium tendunt, uti sunt Baptisimus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, & extreme Unctio, & quaevis generatim loquendo omnia simpliciter ad salutem necessaria non sint, sunt tamen necessaria secundum quid, in quantum nimirum gratiam, & supernaturalem robur in homine producant, ac conservant, sine quo ille mundi, carnis ac demonis tentationes, saeculi tribulationes aliasque difficultates in via salutis occurrentes aut agere aut nunquam superabit, Samsonem intueatur: *Clavi Spiritu. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.*

mur: (*Judic. 16.*) fuit ille fortitudinis prodigium, & invictissimus pugil; mille Philistinos maxilla asini interfecit, portas urbis Gazae & cardine emotas alportavit, leonem in via sibi occurrentem vicit, Junes & catenas, quibus ab inimicis ligabatur, cum telas araneorum dirumpit. Quae causa tanta fortitudinis? causam delumere licet a sensu contrario: Infelix Samson, postquam amicitium cum Dalila concesserat, ad extremam calamitatem redactus est, quippe captus, ligatus, incarcerationis, eruis oculis excaecatus, & in delubrum ductus est, ubi in tenebris palpitans coram juventute ludere, & ludificari debuit. Quis robustissimum gigantem adeo debilem ac infirmum reddidit? Responsum dat Scriptura: *Dalila vocavit comam suam, & caesit septem crines ejus, quibus amittis Samson simul omne robur perdidit, & inimicis in pradam cecidit. Per septem crines intelligi potest septemplex Sacramentorum gratia, hanc quamdam Christianus in anima retinet, fortissimus & insuperabilis heros contra quoscunque inimicos erit, si autem hanc gratiam perdat, adeo infirmus fiet, ut ne unam tentationem superandam par sit futurus; fieri enim non aliter poterit, quam ut in decumam voluntatis imbecillitatem, in intellectus caecitatem, & in peccata supra peccata cadat, & denique infernalis Philistaeis in pradam & ludibrium cedat.*

8. Dixi superius enumerata quinque Sacramenta generatim loquendo, non esse simpliciter ad salutem necessaria; aliter enim *speciatim loquendo* sentiendum est de Baptismo & Poenitentia. Baptisimus quidem vel in re vel in voto absolute necessarius est ad salutem, ita ut ille etiam innocenter & inculpabiliter omisso homo salvari non possit, juxta indispensabilem legem a Christo promulgatam: (*Joann. 3.*) *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non possit intrare in regnum Dei.* Poenitentia vero ad salutem non absolute, sed conditionate necessaria est homini, si ille post delictum Baptisum innocentem per actuale peccatum inimicitiam Dei incurrit. Rescedamus oculos in pharmacopolium, de quo supra; quamdam corpus humanum integra, illaetaque valetudine fruitur, non opus habet alexipharmacis, quae ibi continentur: cum autem febrilis concussio, humorum temperamentum turbatur, aut sanguis taebet, tunc enimvero necesse est, ut medicamenta, & Medicorum consilia adhibeantur. Par ratio hec habet de poenitentia.

9. Agedum, est operæ pretium, ut hos sermones festivos Dominicalibus conformemus, & hanc necessitatem Poenitentiae pluribus explicemus, ex quo etiam aliorum Sacramentorum necessitas proportionatè secundum magis & minus patebit. Dico: Hoc Sacramentum vel in re vel in voto homini re lapsio hac providentia indispensabiliter est necessarium, ita, ut si Deus animam sinefesto casu sine perceptio-

cati lethalis sine sacrilegio scienter suscepti non possunt; qualia sunt Confirmatio, Eucharistia, extrema Unctio, Ordo, Matrimonium. *Sacramenta mortuorum* sunt, quae conferuntur primam gratiam, seu quae vitam spirituales animarum non possunt, sed tribuant, qualia sunt Baptismus & Penitentia. Ulterius Sacramenta discernuntur in reiterabilia, & irreiterabilia. *Irreiterabilia* sunt, quae indelebilem characterem animae imprimunt, ut Baptismus, Confirmatio, & Ordo, ita, ut sine gravissimo sacrilegio se ipsi suscipi, aut iterari non possint. *Reiterabilia* sunt, quae ejusmodi characterem non imprimunt, & sic laudabiliter, aut saltem licite repetantur: laudabiliter saepius frequentantur Eucharistia & penitentia, ut anima a peccati reatu magis magisque mundetur. Utiliter repetitur extrema Unctio, non tamen in eadem infirmitate. Licite repetitur Matrimonium, quia post mortem alterius conjugis ad secundas nuptias potest transit. Sed quare, quomodo Sacramenta differant ab aliis operibus facientibus v. g. oratione, jejuniis, elemosinis? Respondetur, differant in eo, quod hominem sanctificent ex opere operato, cetera autem opera non nisi ex opere operantis. Quid hoc est? sanctificari ex opere operato est, cum gratiam Divinam, aut ejus augmentum recipio non ad proportionem meriti personaliter proprii, sed ex meritis Christi, prout sanctificantur Sacramenta, & hic Sanctificationis effectus, si ex parte mea non datur obex, est infallibilis, quia fundatur in institutione & promissione Christi. Sanctificari ex opere operantis est, cum gratiam Divinam aut ejus augmentum recipio secundum proportionem meritorum aut devotionis mihi personaliter propriae, prout fit in aliis operibus bonis, & hic effectus non est certus & infallibilis, quia non fundatur specialiter in institutione Christi Domini, &c. Quare ulterius, quomodo Sacramenta nec legem differunt a Sacramentis antiquae? Respondetur, differant in eo, quod Sacramenta antiquae legis, qualia v. g. fuerunt circumcisio, conestio Agni paschalis, certae lustrationes a legibus immoderatae & alia, non contulerint gratiam sanctificantem ex opere operato, sed solum dandam ac conferendam per passionem Christi & nostra Sacramenta praefigurabant, prout expressit docet Concilium Florentinum, in Decreto. unio. Et Trid. Sess. 7. Can. 2. Quomodo ergo Veteres iustificati & a peccati originali fordibus liberati sunt? iustificati & liberati sunt per actum fidei, quem parentes in circumcisione prolium suarum in futurum Messiam eligeret, & simul circumcisio prolem Deo offerre solebant, & ad hunc iustificationis effectum ipsa circumcisio secundum se nihil, inopiam non operabatur, quam ad peccatum circumcisit in numerum electi populi deputaret. Verum haec sciri aut necesse parum interest; progreddior ad utiliora.

§. III. *Et tanquam pretium sanguinis Christi summa abstinenda sunt.*

6. Nimirum ad infinitam dignitatem, & estimabilitatem Sacramentorum, ut cuius ablatum in pretio haberi, & supra omnes mundi thesauros estimari oportet scis mihi Christianae, quid sint Sacramenta? sunt septem columnae, quas insinita Dei Sapientia excidit, ut Ecclesiae suae domum in aeternum duraturam illis superstruat. (Prov. 9.) Sunt septem sigilla, quibus liber Agni, ejusque promissiones de gratia, de remissione peccatorum, de Sanctificatione, de praedestinatione, aliique Dei beneficiis obligantur. (Apo. 5.) Sunt septem tubae jubilationis, quibus moni urbis Jericho, id est, potestas diaboli, voluptas carnis, & mundi pompa, jubilationibus populis ad fidem vocatis delinuntur. (Jo. 6.) Sunt septem cornua Aegri, quibus ad debellandas inferni vires invocata nobis fortitudo conferunt. (Apo. 5.) Sunt septem caelestes planetae, quorum salutare Iulium in agro Ecclesiae omnia virtutum & gratiarum genera nascuntur. (S. Graec. Cath. Hic. 6.) Sunt septem lucernae in tabernaculo candelabro lucentes, quae oleo abundantem affluente peccati tenebras fugant, & lucem Divini amoris in cordibus fidelium diffundunt. (Mareb. Cantab. Myf. 1. prop. 3.) Sunt septem sagittae, quas Dei Filius arcu Divinae suae potentiae in septemplem peccatorum lethalium hydrum ejaculatur. (Formus in Psalm. Misereere conc. 37. n. 9.) Sunt septem rivi, in quos flumen gratiae & caelesti paradiso emanans dividitur, & totam hujus mundi Aegyptum circumfluens hominum corda ad recipiendam verbi Divini sementem fovendat. (Ludov. de Paris de perso. Obi. reat. 2. in proem.) Denique ut nobilitatem predicantem attingant, ultra quod altare sublimis non possunt, sunt septem vasa Divinae Christi Redemptoris sanguinis plena, ex quo Sanctissima Sacramenta tantum sortiuntur dignitatem, ut si omnes hominum & Angelorum miliones, quantumvis quilibet eorum haberet tantam gratiarum abundantiam, quantum defacto habet Beatissima Dei Mater, & etiamsi dependenter ab hac gratia maxima heroico virtutum omnium actus per omnem aeternitatem elicent, tamen hic meritorum prolixus insignium cumulus non sufficeret ad instituendum unicum Sacramentum. Quare? quia Sacramenta valorem ac pretium suum habent ex infinitis meritis Dominicae Passionis, mortis, ac sanguinis, cuius unica guttula sufficit ad expandendum, si milieni ac milieni mundi existens, omnium peccatorum reatum. Propheta Jeremias, cum urbis Hierosolymitanae peccata consideraret, & expropter gravissimas penas superflavitam Judaeorum gentem mueretur, subito exclamavit: *Nunguid restina non est in Galbad, aut Medicus non est ibi?* (Jerem. 8.) quasi diceret: Esto populum esse federatum; esto in principum aulis juveni tyrannidem, in nobilitum

caestellis superbiam, in Senatorum curis injuriam, in civium officinis invidiam, in pauperum tuguriis aediam, & in omni hominum genere luxuriam; ideo ita; an ergo non superant remedia, quibus populus expiari, & iratum Numen propitiari possit? Si haec interrogationem Propheta in Ecclesia Chatholica faceret, responderem expedite: Non deest resina; non deest succus medicinalis, fluens ex thebaide, ut per resina enim, prout expugnat Cardinalis Hugo, in Jerem. 8. intelliguntur Sacramenta, per thebaidem Christus Crucifixus; Verba illius sunt: *Resina sana Sacramenta*, quae *fluuntur e thebaide*, id est, a Crucifixo, qui in cruce expandit brachia, ut per defluentem sanguinem nobis medicinale Sacramentorum liquorem parret. Cum igitur unica Divini sanguinis guttula, unicum Christi suspirium, unicus gressus, eo ipso quod sit actio theandrica, sit insitio valoris, ita ut mille mundis redimendis sufficeret, Deum immortalem! quantum meritorum immensitatem, quantumque abluendis peccatorum fordibus efficaciam continebant omnia septem vasa pretiosissimo Redemptoris sanguine & meritis repleta! Audiamus hac super re historiam.

7. Juvenis quidam (Vincen. Bellan. l. 15. c. 106.) Lugduni literum studii vacans, cum peccatorum pericula, in quibus quotidie in hoc mundo versaretur, amore salutis perpenderet, deliberare coepit, quae maxime arte commissa delicta expiare, & a committendis deinceps securissime praeservari posset. Haec dum agebat, aliquando noctu mysterioso somno abreptus est: Vidit in edito monte palcherrimam civitatem, quam circum circa insolitus splendor illustrabat. Optimus juvenis decrevit citatis passibus ad hanc urbem tendere, & pro omni virum conatu in montem elucari. Verum ad radicem montis ebatit undosus, & sanguis colore non nihil cinctus torrens; indagat in pontem aut vadum, atque dum hoc agit, conspicit adveniantes duodecim viros, qui fordidas vestes in tubo torrens lavare ac mundare desiderabant. Horum operam strenue adjuvabat Christus Dei Filius, qui visibili specie medius inter illos duodecim viros, vase crystallino aquae & torrente haurebat, illaque Viris pro siti restinguenda & pro mundandis vestibus ubertim efferebat. His visis non potuit sibi temperare juvenis, quin propius ad spectaculum accederet, ausus etiam summa cum reverentia ac humiliter interrogare Dei filium, quid rerum hic ageret, & quid significare sibi hoc lavero vellet? Respondit Christus: En speciosa illa civitas quam ab eminus in mente coruscantem invenisti, meum est habitaculum, ibi mecum aeterniter regnabit, qui in hoc lumine, quod est meritum meorum torrens, animas suas lavare contendunt; & quoniam hoc sine me praestare non possunt, ego operam illis confero, & pretiosum sanguinem ac passionis meae participes illos facio; tu pontem aut vadum quaris,

quo in civitatem ascendas, at frustra agis; non est alia via, nisi haec, quam medianibus Ecclesiae Sacramentis invenies. His dictis juvenis disparuit Christus, & simul etiam accessit Cabalones Nec moram passus fugit, & accedit Cabalones Episcopum, cui admodum erat familiaris, petiit consilium, & responsum a pio Praefatum accipit, consulsissimum illi fore, si sacrum Glycericenfem Ordinem, paulo ante natum ingrederetur. Morem gerit juvenis, Glycerium inter rupes & memora abditiu tenere petit, Mounsterii portam pulsat, & ecce novum potentum; dum fratrem conversum, qui janitor munus obibat, prodeuntem conplexit, mox agnovit esse unum ex illis duodecim, quos ad ripam torrentis lavantes viderat: rogat ergo ad Abbatis assatum admittit, admittitur; & ecce dum Abbas una cum decem Monachis obvium illi progreditur, oblatum, jam omnes illos fe coram intueri, quos noctu lavatores confecerat. Potro Abbati de genui simplex facer in sacrum familiam receptus est, tibi per iteratum Sacramentorum frequentationem animam continuus lavans demum cum ingenti sanctitatis fama feliciter & veris ad beatam illam civitatem migravit.

8. Epilogus. Ponamus jam, mihi Christiane, mysteriosum hoc somnium tibi obtingere; ponamus, quod amantissimum Redemptor tuus vas crystallinum plenum salutaria aqua tibi tradiderit; aut, ut adhuc magis emphaticae loquar, ponamus te in monte Galvariae crucente Passionis tragodiae praesentem interstilla, ibique a Matre dolorosa, vel a Dilecto Christi Discipulo donatum tibi fuisse vas recentis sanguine Redemptoris repletum, quem ille in cruce efandissimis vulneribus profudit. Quantum cum reverentia insatiable donum fuisse accepturus, quanta cum cautela, ac sollicitudine portatus, quanta cum laetitia de tanto thesauro gloriaturus, quanta cum devotione domi asservaturus, quanta cum frequentia illum quotidie adoraturus, quanta denique cum confidentia spem omnem salutis in eo collocaturus? quare? ideo, inquit, quia est pretium Redemptoris humanae, & pignus meae gloriam, & thesaurus supra omnes Mundi divitias estimabilis. Et recte loqueris! Dic autem, cur non eandem estimationem concipis de Sanctissimis Ecclesiae Sacramentis, in quibus tantum totidem Vasis idem ipse Divinus Sanguis tibi communicatur? cur locus saluberrimo Baptifini lavacro ad sedes Mundi cloacas revertaris? cur imperatam in Sacramento Penitentiae remissionis gratiam pro spurca voluptate, aut infuso lucro iterum prodigis? cur amantissimum cum Christo in SS. Eucharistia Sacramento restauratum denuo infringis? cur Mundo, carni, & infernali inimico, qui nullam pro te sanguinis guttulam unquam profuderunt, fidelium quantum Christo Redemptori famularis? cur ad pristinas voluptates, occasiones, & confus-

indines revertentis, & sic sanguinem, passionem, ac merita Christi pedibus calcas? O mi Bone, tenenda est alia via! admiranda sunt magis hæc sancta mysteria, servanda propofita, aufcultanda pia monita, perseverandum in Dei amicitia, alias certe meo, ne ad beatam illam electorum civitatem non sis perventurus, quod Deus avertat. Amen.

In Feste Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ.

CONCEPTUS III.

De multiplicibus causis, propter quas Christus Dominus SS. Sacramenta instituit.

Virum Mariæ, de qua natusest Jesus. Matth. 1.

B. V. Mariæ a Christo redemptæ & aliquibus Sacramentis donatæ fuit.

1. Antequam in propofita Sacramentorum materia progrediar, hodiernum Virginis festum mihi ansum præbet ad geminam magni momenti quaestionem. Prima est, an Immaculata & ab omni peccati labe purissima Virgo, quæ ipsam etiã originalem maculam non contraxit, a Christo Filio suo fuerit redempta? Secunda quaestio est, an non obstante puritate plusquam Angelica, aliquid vel plura Sacramenta, quæ sunt peccatorum medicinæ, receperit? Respondeo ad primam quaestionem: B. V. Mariæ fuit redempta, redemptione longe excellentiore, quam reliquum genus humanum, videlicet præservata, ita ut gratiam exemptionis a communi damnatione, & innocentiam a primo conceptionis instanti ab omni macula immunem meritis & passione Divini Filii sui impetravit: esse autem hanc Redemptionem propriè dictam constat ex testimonio Psalmistæ laudantis & benedicens Deum; (Psalm. 135.) quia liberasti me servum tuum de gladio maligno; nimirum de gladio Golæ, quò nunquam vulneratus fuit David, vulnerandus autem certioræ, nisi a Deo fuisset præservatus &c. Ad alteram quaestionem respondeo, B. Virgo certorecepit aliqua Sacramenta, speciatim Baptifimum & Euchariftiam; Baptifimum quidem, ut populo Christiano accenseretur, & ad recipiendam alia Sacramenta, quorum Baptifimum janua est, habitis ferer. Euchariftiam vero, quia illam prohabilitet quotidie et manibus S. Joannis Evangelistæ accepit, & in sacra Hostia gloriosam Filium suum beatificè visione de oculo ad oculum aspexit. An vero B. V. & quamvis alia Sacramenta receperit, Theologis discutendum relinquo; & solum in rem meam hoc argumentum formo: sicut Christus Dilectissimam Matrem suam adeo dilexit, ut credibile fit, illum, etiam si ceterum humanum genus redimere nolisset, tamen humanam naturam assumpturum fuisset solum in finem, ut Matrem suam ab ori-

ginali labe præservaret; ita credibile pariter est Christum, etiam si de religio nullum Sacramentum instituitur voluisset, tamen institurum Sacramenta, quæ Sanctissimæ ejus Mater receperit, idque solum ad majus illius gratiæ, & gloriæ augmentum. Verum quid illa ad me, quæ Deus in alia providentia fecisset.

Sacramenta autem a Christo instituta sunt.

2. Propofitio. Postquam ultimo de numero & diversitate, & inestimabili pretio egimus, hodie discutendum erit, quare, quibus de causis, & quem in finem Christus Sacramenta hæc mysteria instituerit? Sancti Patres varias assignant rationes: (Martiana, Candelabr. Myst. tr. 1. l. 1. prop. 2.) Dicant Christum instituisse Sacramenta, ut sint signa veræ Catholicæ Religionis, ut sint signa veræ Christianæ Religionis, ut sint signa veræ Catholicæ Religionis, ut sint signa veræ Christianæ Religionis, ut sint signa veræ Catholicæ Religionis, ut sint signa veræ Christianæ Religionis, ut sint signa veræ Catholicæ Religionis, ut sint signa veræ Christianæ Religionis.

3. I. Primo: ut sint signa rememorativa passionis Dominicæ.

3. Confirmatio. In primis Christus instituit SS. Sacramenta, ut sint signa rememorativa Passionis Dominicæ, a qua omnem suam efficaciam, & virtutem justificativam desumunt in ordine ad remissionem peccatorum. Dominus Deus in Veteri lege mirabiles ritus & ceremonias ad annuntiationem profectus requirit; profectus duos passeres offerre, (Levit. 14.) dein unum illorum macari, immolari, atque in vase scillitium ad omnem expressionem sanguinis conterri & conteri debebat: alter autem passer in vivis relictus immolatus sanguine, velut & ipse leprosus, confersit, & ita confersus, ac certis lustrationibus expiatus in libertatem dimitti solebat: quod si leprosus his ritibus & ceremoniis fuerit mundatus, post octo dies reverti, & in gratitudinis testimonium agnum anniculum offerre jubebatur. O quam graphicè hic ritus nobis representat cruentum Sacrificium, quod in cruce peractum est; per passere vivum & in libertatem assertum intelligit Cornelius a Lapide in Levit. hic Divinitatem Christi immortalem & impassibilem: per passere immolatum intelligit humanitatem Christi, que in amarissima passione usque ad ultimam sanguinis gutturam attrita, contrita, & excarnificata fuit. Per lepram autem intelligit peccatum, quod immunditiam ac fetorem alteri mundari non potest, nisi leprosus, id est

peccator, pretioso sanguine Christi passus ac mortui conspergatur: ubi autem habetur pretiosus hic sanguis? Ne quæras, mi Christiane, habetur in SS. Sacramentis; hic lepra superbæ mundiari debet per sanguinem humillimi Redemptoris, qui humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Hic lepra avaritiæ mundiari debet per sanguinem pauperissimi Redemptoris, qui triginta argenteis venditus est in mortem; hic lepra luxuriæ mundiari debet per sanguinem castissimi Redemptoris, qui dirutus vestibus nudatus, ad columnam alligatus, & virgis ac flagris toto corpore crudelissime laniatus fuit. Hic lepra iracundiæ mundiari debet per sanguinem mansuetissimi Redemptoris, qui inter ultimos mortis halitus Patrem veniam pro crucifixoribus rogavit, & sic de cæteris. Mi Christiane, pro expiatione lepræ animæ tuæ, quam peccatis contraxisti, non aliud remedium, quam hoc ipsum tibi forefere, dicente Augustino, in contr. quinq. hæres. Epist. 1. 1. 1. 1. 1.

4. Cogita hic iterum, mi Christiane, quam pretiosa, & super omnes mundi thesauros altissima tibi esse debeant Sacramenta, vel ex hoc ipso, quod virtutum SS. Sanguinis ac passionis Christi complectantur. Percure animo orbem Christianum, & in memoria revoca loca illa sacra, ubi aliquid de instrumentis Dominiæ passionis religiose colitur; Lutetis Parisiorum (Forstii p. 3. l. 6.) asseratur lancea, spongia, & frustum crucis, quod olim a Balduino orientis Imperatore quibusdam mercatoribus pro certa pecunie summa oppigneratum, deinde autem a S. Ludovico Galliarum Rege redemptum fuit. Taurini in Sabaudia (Gualtero non pro omni conferat. 44.) asseratur sacra Lyndon, in qua involutum corpus Christi a Josepho Arimathæo sepultum fuit. Treviris (idem consil. 68.) asseratur interior tunica Christi, quæ a Beatissima Virgine consuata, cum Christo a teneri crevit. Romæ in templo S. Praxedis asseratur columna flagellationis Christi. (Cor. a. L. in Nom. c. 31. v. 10.) quam Joannes Colonna Cardinalis ex Aegypto instar trophæi reportavit. Valentia in Hispania (Menoch. cent. 6. cap. 38.) asseratur calix, in quo Christus ad ultimam cenam cum Apostolis recumbens consecravit. Ulyssipone (Menoch. cent. 9. cap. 96.) in Lusitania asseratur mappa mensæ, que in eadem cena adhibita est, ubi Christus SS. Eucharistiæ Sacramentum instituit. Apud Patres Carthagos S. Mariæ de Aragus tactu fimbriæ mulier fuit sanata. Illud autem observandum, quod hæc civitates ac regna sacrum passionis thesaurum, a Divina providentia sibi concederunt adeo ament & assistent, ut illum pro divitiis totius mundi commutare nollent. Quid sequatur? hoc sequitur, quod de sanctissimis Sacramentis, in quibus horum omnium instrumentorum & totius Dominiæ passionis meritum consistunt, eandem actionem concipere, Deo pro eorum institui-

tione identidem grates rependere, illaque summa cum reverentia & devotione suscipere debeas.

§. II. Secundo, ut sint signa demonstrativa presentis gratiæ.

5. Secundo, Christus instituit Sacramenta, ut sint signa demonstrativa presentis gratiæ. Signum in genere est, quod me ducit in cognitionem rei alterius, sic pulsus campanæ ducit me in cognitionem rei Divinæ, ad quam sonitus ille ex placito & institutione hominum populum convocat: hedera ex conto suspensa ducit me in cognitionem vini aut cerevisiæ, que in hac domo venditur, & sic de cæteris: differentia tamen est inter hæc signa humana & Divina, quia illa sunt signa mortua, que rem, in cujus cognitionem me ducunt, non efficiunt, Sacramenta autem sunt signa operativa, que gratiam, quam significant, in anima suscipientis rite dispositum producant.

6. Filius prodigus, (Luc. 15.) postquam omnem patrem suum substantiam vivendo luxuriose dissipavit, ad eam pauperatam ac famem redactus, ut solum cum porcis devorare debuerit. Quid faceret? ne fame periret, rediit ad patrem, suppliciter rogans veniam commiffi erroris, & humiliter supplicans, ut si filius esse non mereretur, jam inter famulos in domum susciperetur: Pater, peccavi in calum & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenariis tuis; Quid ad hæc Pater? Misericordia motus, citato proferri jussit solam primam, qua filium abjectis lacrimis vestit, annulum in manum intulit, illumque in præteritum filiationis & amicitie gradum recepit. In filio prodigo ac oculis mihi pono hominem peccatorem, qui per inobedientiam & transgressionem mandatorum a Deo recedens, in servitute Diaboli in extremam miseriam rediit; (Ludovic. de Ponte de pers. Chr. tr. 1. c. 10.) Verum cum per successionem Sacramentorum penitentem redit ad Patrem, eadem sorte fruatur anima tenus, qua fructus est filius prodigus corpore: recipit solam primam, id est, Dei gratiam, annulum in manum, id est, subterram filiationis, & in præteritum, aut etiam humiliorum amicitie gradum coram Deo collocat, sicque anima, que prius erat peccatis sordida, per gratiam Divinam requirit pulchritudinem & consortium Angelorum & electorum.

7. Aquæ hæc Sacramentorum gratia nonnullam adeo fuit efficacis & operativa, ut non solum intrinsicè in anima peccati immunditiam abstergeret, sed etiam extrinsicè in corpore morbos, ac defensus naturales, ad contestandam celitus Sacramentorum virtutem sanaret. Lubet audire unum vel alterum exemplum? Gentilis Partarorum Princeps, nomine Galanus, (S. Antonin. p. 3. hist. sit. 20. c. 8. §. 9. Et Thomas Bonius de sign. Eccl. l. 1. c. 16.) post debellatam victricibus armis Syriam, filiz Regis Armeniæ, foeminae Christianæ nubere desideravit, & pa-

& pater ad præcavendam majora mala confensit, prout fule enarrat Joannes Villanus. Postquam nupta concepit, in lucem editit infantem, monstrum, quam homini similitudinem obfupelcens maritus uxorem de adulterio fuppectam cefleffim morti adjudicavit. Quid Regina? invocato Dei auxilio perit & Rege conjuge, ut sibi liceret infelicem partum sacro Baptifimo laticè pro more Chriftianorum abluere. Annuit Rex! & ecce! per Sacramentale lavacrum infpectante tota aula soboles pulcherrimi parvuli formam induit, quod grande prodigium dein Cafanum principem una cum proceribus, & fubditis ad amplectendam fidem Catholicam commovit. Conftantius Imperator tefte Baronio turpiffima lepra infectus, Sacramento Baptifimi mundatus est, quo beneficio tantum concepti Religionis Chriftianæ afimationem, ut per univerfum orientis & occidentis regnum Chriftianis Ecclefiis, quod antea erat vetitum, ædificare permiferit. Cæcus quidam, aut Vincencius, tempore Pafchali a S. Piaronne Epifcopo sacro Confirmationis Sacramento munus est, & ecce! adeo efficitur operatum est ficuturum myfforium, ut ille præter gratiam Spiritus fancti etiam lumen oculorum receperit. S. Theodorus, prout teflis est Gregorius Presbyter, vitam adolefcentem lacra Communione refecit, fimulque una cum trina infuffatione illi præcepit. In nomine Chrifti Jefu Salvatoris noffri loquere! & ecce! continuo foluto lingue vinculo articulata verba profere cœpit. Juvenis Burgundus, prout Caftipratanus commemorat, in vita fcelerata pœnam a Deo in lethalem morbum conjectus, feuffit paterna Divina clemencia monita, & corporalis agritudinis originem ac caufam fpiritualem animæ morbum advertit, igitur exoptatum valefudinem recuperatos falutarem sacramentalis confeffionis medicinam amplexus est. Et ecce! peracta exomologefi fcediffima animalcula, uti viperas, bufones, lacertulas & alia expulit, & paulo poft, ficut anima ita & corpore convalevit. En quam operatur fit gratia Sacramentalis, ut poteque virtutem & ethicaciam, quam intus in animam exercet, exteri etiam prodigiis nonnuquam demonffrat.

§. III. Tertio, ut fime figna prognofitica futura gloria.

3. Tertio, inffituit Chriftus Sacramenta, ut fime figna prognofitica futura gloria. De antiquis Patribus fatis liquet ex fcripturis quanto, quantum implacabili defiderio videndi Deum afeerint; hinc die noctuque nunc cum Moyle clamabant: *Oſtende mihi faciem tuam.* (Exod. 33.) nunc cum Propheta Job ejulabant: *Cum faciem tuam aſcenderet (Job. 33.) nunc cum Regale valet lamentabantur.* (Ecc. 4.) *Quifugio æquifit faciem tuam a me?* nihilominus non contentis præcibus manfi Deum invifibilis, ita, ut etiam apud S. Joannem c. 4. decretum fecerit: *Non videtis me intus, quæ res interdum homines adeo in*

